In secunda vero parte de iniciis ~~iustorum~~ iustorum
de statu crescendi et felici consummacione
tractatur. Pars itaque prima sex libris
distinguitur quorum primus de suggestione
dyaboli 2us de peccato 3us de viciis 4us de
divitibus. 5us de reprobis 6tus de pena re-
proborum describitur. Suggestiones itaque
dyaboli cum per consensum in intima
cordis admittuntur peccati lapsus iniciant
peccatorum cum per delectacionem placencia in
vicia spiritualia derivantur postea ~~etiam~~ horum
3us secuti divites et reprobi postea amoris
prius voluptatum carnium brevitatem ad eterne
mortis carcerem protrahuntur. Secunda
vero pars sex libris similiter consummatur
quorum primus de gracia dei 2us de penitencia.
3us de virtutibus 4us de prelatis 5us de iustis
6tus de gloria iustorum intitulatur. Gracia
namque dei. ||(253) peccatorem ad peniten-
ciam adducens. virtutum incrementum prestat
tibus eciam rectores et ceteri iusti decora-
ti. post laborum suorum consummacionem
ad eternum vite premium sublimantur.
Tractatus itaque prius remediarium conversorum
dividitur quia sex libri partis secunde